



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Plantas Hartwegianas :imprimis mexicanas adjectis  
nonnullis Grahamianis enumerat novasque**

Londini :[G. Pamplin,]1839[-57].

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/437>

**Item:** <https://www.biodiversitylibrary.org/item/9561>

Page(s): Page 285, Page 326, Page 327

Holding Institution: Missouri Botanical Garden, Peter H. Raven Library

Sponsored by: Missouri Botanical Garden

Generated 2 October 2021 3:10 PM

<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1373387i00009561.pdf>

This page intentionally left blank.

## PLANTARUM HARTWEGIANARUM

## SECTIO TERTIA.

Numeri sequentes, 1590 ad 1624, pertinent ad fasciculum plantarum Mexicanarum a Hartwegio, anno 1836, cum cæteris supra (n. 1 ad 258) descriptis, lectarum, quas in prima parte hujus opusculi neglexi, fasciculo casu prætermisso.

1590. *CLEMATIS filifera*, sp. n., scandens, pubescens, foliis pinnatisectis, segmentis 2-4-jugis petiolulatis trisectis, ultimis ovatis integris trifidisve rigidulis, supra tenuiter subtus molliter pubescentibus insigniter reticulatis, pedunculis unifloris, sepalis subcoriaceis apice reflexis, carpellorum caudis longis superne filiformibus vix plumosis.—Affinis *C. reticulata* Walt. ex America Boreali. Foliorum segmenta pari modo reticulata, sed magis dissecta; pubes, præsertim paginæ inferioris, copiosa. Petioli et pedunculi dense pubescentes. Flores quam in *C. reticulata* paullo minores. Carpellorum caudæ nunc leviter pubescentes, nunc in parte inferiore incrassatæ, pilis brevibus et raris subplumosæ. Carpella grossa, adpresso pilosula, caudæ (in specimine forte non adhuc omnino evolutæ) jam 1-1½ poll. longæ, valde contortuplicatæ.—Prope Leon.

1591. *THALICTRUM pubigerum*, sp. n., foliis inferioribus subquaternatim pinnatisectis, petioli pubescentis ramis stipellatis, segmentis ovatis basi subcordatis inciso-dentatis subtus puberulis, filamentis filiformibus, antheris longis apice breviter aristatis, carpellis falcato-ovatis stylo longo aristatis.—Affine *T. podocarpo* et *T. longistylo*, a priore differt imprimis pube et carpellorum stipite brevissimo. Flores omnino similes sunt iis *T. longistyli* in Deless. Ic. 1. t. 7 depictis, sed foliorum segmenta angustiora, superiora magis dissecta, pubes copiosior, et carpellorum forma omnino diversa. Hæc non vidi matura, sed jam multo grandefacta; rugis paucis elevatis notantur ut in *T. rutidocarpo*.—Ad fluviorum margines prope Lagos.

1592. *NYMPHÆA gracilis*, Zucc. ?—Convenit cum diagnosi brevi in Walp. Rep. 1, p. 107. Flores magnitudine fere *N. albi*, colore ex Hartw. albo, centro flavicante. Antheræ exteriores longiuscule et acute appendiculatæ, interiorum appendicula brevior et obtusior.—Aguas Calientes.

1593. *KOSTELETZKYA paniculata*, sp. n., sectionem novam v. forte genus distinctum indicans, characteribus sequentibus: *Orthopetalum*: Calyx 5-fidus, involucello polyphyllo cinctus. Petala erecta, convoluta, non auriculata. Antheræ secus columnam numerosæ. Rami stigmatiferi 5. Capsula loculicide 5-valvis, loculis monospermis. Semina calva.—Differt a *Pavonia* et *Malvavisco* stylorum numero, a *Hibisco ovarii* loculis uni-ovulatis, a

Corolla ex Hartw. purpureo-cœrulea. Ovarii loculi uniovulati.—In locis siccis saxosis prope Bear Valley in montibus Sacramento.

1860 (23). *CONVOLVULUS californicus*, Chois. in DC. Prod. 9, p. 405.—Corolla pallide flavicans.—In sylvis et pascuis prope Monterey.

1861 (78). *CALYSTEGLIA soldanella*, Br.—Chois. in DC. Prod. 9, p. 433.—Corolla pallide rosea.—In arenosis maritimis prope Monterey.

1862 (356). *CONVOLVULUS californicus*, Chois.—Corolla flava.—In montibus Sacramento.

1863 (2). *CUSCUTA californica*, Hook. et Arn.—Chois. in DC. Prod. 9, p. 457.—Stylus ex Lindl. Journ. Hort. Soc. 3, p. 167, solitarius, ego tamen uti Hook. et Arn. Bot. Beech., p. 364, semper duos vidi. Cætera cum icone Lindleyana convenient.—In arvis prope Monterey. Specimen meuni in *Helianthemum scoparium* crescit.

1864 (75). *ERIODYCTION glutinosum*, Benth.—Chois. in DC. Prod. 10, p. 183.—Frutex tripedalis. Corolla lilacina.—In montibus Santa Cruz.

1865 (290). *PHACELIA circinnata*, Jacq.—A. DC. Prod. 9, p. 298.—In valle Sacramento.

1866 (106). *PHACELIA ramosissima*, Dougl.—A. DC. Prod. 9, p. 299.—In pascuis sylvisque prope Monterey.

1867 (358). *NEMOPHILA maculata*, Hartw.—Lindl. in Journ. Hort. Soc. 3, p. 319.—Ad rivulos in montibus Sacramento.

1868 (222). *NEMOPHILA parviflora*, Dougl.—A. DC. Prod. 9, p. 290.—In valle Sacramento.

1869 (169). *NEMOPHILA insignis*, Lindl.—A. DC. Prod. 9, p. 290.—In arvis prope Monterey.

1870 (217). *CYNOGLOSSUM grande*, Dougl.—DC. Prod. 10, p. 153.—Fructus et his speciminibus deest.—In sylvis umbrosis ad sinum San Francisco.

1871 (256). *PLAGIOTRYS canescens*, sp. n., pilis mollibus albidis hirta, foliis linearibus v. summis lanceolatis, calycis profunde 5-fidi laciniis lanceolatis fructiferis sessilibus, nucibus dorso carinatis transverse rugosis et minutissime granulatis.—Herba ut videtur annua, semipedalis, basi ramosa, undique pilis albidis v. in inflorescentia flavicantibus vestita. Flores  $1\frac{1}{2}$  lin. longi. Calyx ad duas tertias fissus post anthesin accrescens. Corolla alba, vix calycem excedens. Squamæ ad apicem faucis parvæ, transverse oblongæ, lobis oppositæ; limbus (a squamis usque ad marginem) campanulatus ad medium 5-fidus, lobis retusis. Nuculæ forma iis P. rufescens similes, sed evidentius carinatæ et lineis nonnullis transversis elevatis corrugatæ, undique granulis minutissimis albis notatæ, ventre valde excavato, ad insertionem strophiolatæ.—In arenosis vallis Sacramento.

1872 (264). *KRYNITZKIA leiocarpa*, Fisch. et Mey.—A. DC. Prod. 10, p. 135.—*Myosotis flaccida*, Dougl. (specimina Oregana et Cali-

fornica), DC. Prod. 10, p. 113 (inter sp. dubias).—Calyx fructifer hispidissimus, basi induratus. Squamæ faucis corollæ minutissimæ, laciniis oppositæ, limbo (a squamis usque ad marginem) semi-5-fido nec usque ad squamas partito. Nucula abortu sæpiissime solitaria, lateraliter receptaculo quasi stipitato affixa uti in Plagiobotryde affinibusque, nec vere coalita cum stylo qui in fructu persistit, nucula tamen multo brevior est.—In valle Sacramento.

1873 (181). *BOTHRIOSPERMI?* sp.—In arenosis prope Monterey.

1874 (190). *BOTHRIOSPERMI?* sp.—In locis humidis ad sinum San Francisco.—Specimina hujus et præcedentis, ineunte florescentia, haud rite determinanda sunt et nulla iis omnino similia inter Douglasianis occurunt. Calyces, ut in pluribus Boragineis myosotidiformibus occidentalibus, pilis fulvis nitent, flores albi, fauce squamata, staminibus tubo inclusis. Ovarii lobi subglobosi, basi lata affixi, inter se et a stylo distincti.

1875 (367). *OURISIA* (*Dichroma*) *californica*, sp. n., foliis ad apicem rhizomatis brevis rosulatis petiolatis ovatis obtusis subintegerrimis ciliatis, pedicellis axillaribus scapiformibus unifloris folio brevioribus, calycis segmentis ovatis oblongisque ciliatis corollæ tubo ampio brevioribus.—Rhizoma perpendiculare, breve. Folia circiter pollicem longa, basi cuneata, crassiuscula, supra pilis paucis conspersa, subtus glabra, petiolo subalato 2-5 lin. longo basi dilatato. Pedicelli glabri, folio paullo breviores, ebracteati. Calyx 3 lin. longus, segmento exteriore cæteris latiore, omnibus obtusis herbaceis præter cilias marginales glabris. Corolla alba, 9 lin. longa, late tubulosa, subinfundibuliformis, limbo obliquo subbilabiato, laciniis omnibus latis obtusis parum inæqualibus. Filamenta basi dilatata, ciliata. Stamina inclusa, didynama, adjecto quinto (in flore unico a me examinato an tamen constanter?) cæteris paullo breviore sed pariter antherifero.—In uliginosis in montibus Sacramento.

1876 (90). *SOLANUM umbelliferum*, Eschsch., forma major, Hook. et Arn. Bot. Beech., p. 375.—Frutex erectus, floribus cœruleis, baccis viridibus.—Prope Monterey et Santa Cruz.

1877 (412). *SCROPHULARIA nodosa*, L. var. capsula multo minore quam in speciminibus Douglasianis e California. — Ad fossas in valle Sacramento rarius.

1878 (368). *PENTSTEMON Menziesii*, Hook.—Benth. in DC. Prod. 10, p. 320, var. foliis plerisque integerrimis.—Ad rupes Bear Valley in montibus Sacramento.

1879 (313). *PENTSTEMON* (*Saccanthera*) *azureus*, sp. n., glaberrimus, glaucus, foliis oppositis inferioribus petiolatis oblongis superioribus sessilibus subcordato-lanceolatis omnibus acutis integerrimis, racemis virgatis, pedunculis oppositis bracteatis unifloris, filamento sterili glabro.—Affinis *P. heterophyllum*, differt glaucedine, foliis multo latioribus, calycibus corollisque majoribus.—In amnibus exsiccatis vallis Sacramento.

1880 (255). *PENTSTEMON heterophyllum*, Lindl.—Benth. in DC. Prod. 10, p. 330.—In amnibus exsiccatis vallis Sacramento.